392.

Landgraf Ludwig bittet den Militaris E., ihm die drei Mark zu übersenden und verspricht, ihn dafür in Thüringen entschädigen zu wollen. **[1140—1172.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 48b. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 64.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 391.

L[udovicus] lantgrafius E. militari probitate commendato benivolentiam suam et omne bonum. Ministerialem meum portitorem presentium gratię tuę direxi atque commendo, ut ei reliquum pecunie IIII videlicet marcas, quod debet respectui nostre gratię, remittas, nosque tibi aliquo beneficio in his vel in Thuringiae partibus, cum primum oportunum fuerit, quadruplum immo decuplum restituturos scias. Volumus autem, ut maiorem peticio nostra habeat effectum, quod recordaris nos tibi apud H. conatum meum de Salecerne pro beneficio quodam inpendisse adiutorium et si, quod nunc postulamus, nostri causa feceris, in futurum hoc tibi a nobis amplissime restitutum noveris.

393.

Landgraf Ludwig befiehlt seinem Getreuen O., die Verwüster der Wälder zu verjagen. **[1140—1172.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 48. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 64.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 391.

L[udovicus] lantgrafius O. fideli suo benevolentiam et omne bonum. Nisi te inter reliquos fideles meos maiori amplecterer dilectione, iam extirpatores silvatici, qui sub tuo dominio in diversis degunt locis, me ipsum severum hospitem recępissent ac omnium bonorum suorum membrorumque dispendia sensissent. Hoc autem tuę dilectionis causa distulimus[a]). Unde volumus atque precipimus, ut omnes pariter sine ulla retractione abire facias, sin autem, quod verbis minatus sum, operis expletionę me facturum scias.

394.

Landgraf Ludwig droht den Verwüstern der Wälder mit Feuer und Schwert, wenn sie nicht von dannen ziehen. **[1140—1172.]**

Hdschr.: Kop. Perg. Form. epist. (Saec. XII.) fol. 48. Bibliothek Pommersfelden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Oesterr. Archiv. 1850. Bd. 2. Heft 1. S. 64.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 391.

L[udovicus] lantgrafius silvanorum extirpatorum preposito salutem. Ammonitum te essę volumus, ut quantocius silvatica loca deseras atque discedas cum omnibus tibi subiectis extirpatoribus. Si autem vel ad breve tempus distuleritis, ipsemet ad vos veniam et omnia, que vestra sunt, igne ac direptione non sine vite etiam vestre periculo devastari faciam.

393. *a)* ditulimus.